

1282, juny, 12

*Ramon de Prades, obtentor del benefici fundat a Sant Daniel per Beatriu de Medinyà, compra per dos anys les rendes del castell de Toralles, de les quals ha de rebre 200 sous anuals, per 80 sous de residu, a distribuir per meitats entre la cambreria i el celler de Sant Daniel.*

ASD núm. 255, perg. orig., 335 x 195 mm. Còpia:Llibre de Capbreuacions de Setcases, núm. 17, ff. 32v-34.

Nouerint uiuersi quod ego Raimundus de Pradis, clericus institutus in loco presbiteratus quem domina Beatrix de Mediniano condam instituït in monasterio Sancti Danielis, per me et omnes successores meos recognosco et in ueritate confiteor quod in castro et honore de Toraliis quem predicta domina institutioni dicti loci presbiteratus assignauit siue dedit non habeo nec habere debeo nisi ducentos solidos barchinonenses de temo tantum, prout in testamento predicte domine lacius continetur, et quod residuum quod superest uel superfuerit de redditibus, prouentibus et expletis dicti castri et honoris eiusdem debeo dare dicto monasterio sicut in dicto testamento melius continetur, de quo quidem residuo promito et per firmam stipulacionem conuenio uobis domine Guilielme de Serriano, camerarie monasterii antedicti nomine uestri et domine abbatisse et conuentus eiusdem dare et soluere racione empcionis quam a uobis inde facio de kalendis iunii proxime preteritis usque ad duos annos completos continue subsequentes, in quibus sunt duo expleta omnium rerum collecta et deducta pro utroque ipsorum duorum annorum octuaginta solidos de temo quolibet anno diuidendos inter uos et cellarium dicti monasterii iuxta formam testamenti dicte domine Beatricis, quos quidem .Lxxx. solidos uobis soluere promito in camibus ablatis Quadragesime annuatim exceptis terciis, laudismiis <et> foriscapiis, de quibus habeatis medietatei:n cum ipsis .Lxxx. solidis et nichil aliud pro residuo seu racione residui supradicti, et uos firmetis et firmare teneamini una mecum instrumenta que firmanda fuerint racionabiliter in predictis. Uerum si in solucione dictorum .LXXX. solidorum et prestacione medietatis terciorum, laudismiorum et foriscapiorum uel aliquo eorundem in me deficeretis ultra formam predictam, et propter dampnum aliquod passe fueritis uel grauamen aut feceritis missiones, illud totum uobis uel cui uolueritis promito in integrum resarcire, credendo sine aliqua probacione simplici uerbo uestro, et propter hec obligo me et omnia bona mea et iura ubique habita et habenda, iurans per Deum et eius sancta .un.or Euangelia corporaliter tacta predicta omnia attendere et complere et in nullo defficere modo aliquo siue causa. Non tamen intelligo in predictis baiuliam nec illud quod baiulus hodie recipit in castro et honore predictis, imo saluum sit ius uobis et monasterio supradicto in ipsa baiulia et illis que baiulo recipit antedicto. Et ego Guilielma de Serriano, cameraria supradicta, laudans et concedens nomine meo et domine abbatisse et tocuis conuentus et expresse officio cellarii monasterii antedicti, omnia et singula supradicta promito dictam empcionem ratam et firmam habere et etiam in omnibus obseruare iuxta formam predictam per totum spacium temporis antedicti nec in aliquo contrauenire iure aliquo siue causa.

Actum est hoc .n. idus iunii anno Domini .MCCLXXX. secundo. Sig+num Raimundi de Pradis, clerici supradicti, qui hoc firmo et laudo, firmarique rogo. atque iuro.

Sig+num Guilielme de Serriano, camerarie supradicte, qui hoc laudo et firmo. Testes huius rei sunt Bernardus de Uilafredario, sacrista secundus ecclesie Gerundensis, Iohannes de Bisania, clericus eiusdem ecclesie et Berengarius Mireti, capellanus monasterii Sancti Danielis.

Sig(s. man. )num Guilielmi Tarasconi, scriptoris iurati ac gerentis uices Raimundi Ollarii de Palaciolo, notarii curie domini episcopi Gerundensis, qui hoc scripsit cum suprascripto in .xvn. linea ubi dicit "saluo iure" et clausit, die et anno prefixis.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 532-534